

S. 1961

3157

ΕΡΡΙΚΟΥ Α. ΣΚΑΣΣΗ

ΔΑΤΙΝΙΚΟΝ ΑΝΑΓΝΩΣΜΑΤΑΡΙΟΝ

'Εγκεκριμένον ἐπὶ πενταετίαν (ἀπὸ τοῦ 1902—1907)
ἐν τῷ διαγωνισμῷ τῶν διδακτικῶν βιβλίων
κατὰ τὸν BTG^τ νόμον

ΔΙΑ ΤΗΝ ΤΡΙΤΗΝ ΤΑΞΙΝ ΤΩΝ ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ ΣΧΟΛΕΙΩΝ
ΚΑΙ ΤΗΝ ΠΡΩΤΗΝ ΤΟΥ ΓΥΜΝΑΣΙΟΥ

| Τὸ 'Αναγνωσματάριον
τοῦτο εἶναι πληρέστε-
ρον τῶν συνυποθληθέν-
των]. 'Απόσπασμα ἐκ τῆς
χοίσεως τῆς χριτῶν.

ΕΝ ΑΘΗΝΑΙΣ
ΕΚΔΟΤΗΣ ΜΙΧΑΗΛ Ι. ΣΑΛΙΒΕΡΟΣ
1902

Αριθ. Πρωτ 8130
Διεκπ 7873

Ἐν Ἀθήναις τῇ 25 Μαΐου 1902



ΒΑΣΙΛΕΙΟΝ ΤΗΣ ΕΛΛΑΔΟΣ

ΤΟ ΓΠΟΥΡΓΕΙΟΝ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΩΝ ΚΑΙ ΤΗΣ
ΔΗΜΟΣΙΑΣ ΕΚΠΑΙΔΕΥΣΕΩΣ


Πρὸς τὸν κ. Ἐργίκον Α. Σκάβσην.

"Ἐχοντες ὑπὸ ὅψιν τὸν Νόμον, ΒΤΓ' τῆς 12ης Ἰουλίου 1895 περὶ διδακτικῶν βιβλίων τῆς μέσης καὶ δημοτικῆς ἐκπαίδευσεως καὶ τὸ Β. Διάταγμα τῆς 10 Ὁκτωβρίου 1895 καὶ τὴν ἔκθεσιν τῆς οἰκείας ἐπιτροπείας τῶν χριτῶν τῶν διδακτικῶν βιβλίων τῶν εἰς τὰ Ἑλληνικὰ σχολεῖα εἰσακτέων, γνωρίζομεν ὑμῖν, διτὶ ἐγκρίνομεν τὴν γνώμην τῆς ἐπιτροπείας ταύτης, δύνασθε τὸ ὑμέτερον σύγγραμμα **Λατινικὸν Ἀναγνωσματάριον** τὸ κατὰ τὸν εἰρημένον νόμον ἐγκριθὲν εἰσαχθῆ ἐν τοῖς δημοσίοις, δημοσυντηρήτοις καὶ ἰδιωτικοῖς Ἑλληνικοῖς σχολείοις ἐπὶ πέντε σχολικὰ ἔτη ἀπὸ τοῦ σχολικοῦ ἔτους 1902—1907.

Ο "Υπουργὸς
Α. ΜΟΜΦΕΡΡΑΤΟΣ

Στ. Μ. Παρίσης.

Πᾶν γνήσιον ἀντίτυπον φέρει τὸν ὑπογραφὴν τοῦ συγγραφέως καὶ τὴν σφραγίδα τῶν ἡμετέρων καταστημάτων.



Μ. Μ. Παρίσης
1902

ΜΕΡΟΣ ΠΡΩΤΟΝ

ΑΙ ΚΛΙΣΕΙΣ.

Πρώτη κλίσις.

I. ✓

- 1) Historia est magistra vitae. 2) Britannia est insula Europae. 3) Lingua saepe est causa discordiae. 4) Saepe columbae sunt praeda aquilarum. 5) Minerva erat dea sapientiae. 6) In silvis sunt fossae. 7) In fossis silvarum est semper aqua. 8) Victoria est semper causa laetitiae. 9) Vita agricolarum est magistra parsimoniae.

II. ✗

- 1) Aquila est magna. 2) Aquilae sunt magnae. 3) Rossae sunt pulchrae. 4) Horae sunt longae. 5) Vita agricolarum est beata. 6) Uva matura est bona. 7) Regina Graeciae est bona. 8) Formicae sunt sedulae. 9) Fortuna est dubia. 10) Magna est solertia formicarum. 11) Statuae dearum sunt aureae. 12) O puella, magna est tua diligentia. 13) Magna est sapientia poëtarum. 14) Mira est patientia incolarum Germaniae. 15) Stellae sunt globosae et rotundae. 16) Rarae sunt verae amicitiae. 17) Feminae Scytharum bellicosae sunt. 18) Pudicitia est cara bonis puellis.

III.

1) Injuriae sunt semper causa inimicitiarum. 2) Divitiae saepe sunt causa luxuriae. 3) Aurora Musis amica fuit. 4) Blanda fuit lingua Circes. 5) Gorgias fuit sophista. 6) Phoenice finitima erat Iudeae. 7) O Epaminonda, magna est tua gloria. 8) Nota est amicitia Orestae et Pyladae. 9) O Circe, magna erat astutia tua. 10) Pythagorae sapientia nota est. 11) Victimae erant carae deabus Romanorum et Graecorum. 12) Troja erat patria Anchisae et Aeneae.

Δευτέρα Κλίσις.

I.

1. Deus est bonus. 2) Lopus est ferus. 3) Boni pueri cari sunt Deo. 4) Veri amici sunt thesaurus. 5) Discipuli sunt boni. 6) Juba equi est pulchra. 7) Alexander magnus erat filius Philippi. 8) Agri impigri viri sunt fecundi. 9) Magister Alexandri erat doctus. 10) Populi horti sunt altae. 11) Cervi sunt timidi. 12) Cervi sunt nigri. 13) Horatius, poëta romanus, erat amicus Augusti. 14) Pie agricola, tua dona sunt Deo grata.

II.

1) Agricolae sunt laeti. 2) Multi poëtae sunt clari. 3) Libri multorum poëtarum sunt pulchri. 4) Superbia est saepe signum stultitiae. 5) Pulchri libri sunt gaudio discipulis. 6) Agri agricolae sunt frugiferi. 7) Scythaerant bellicosi. 8) Vergilius et Horatius sunt clari poëtae romani. 9) Bella piratarum erant periculosa.

1) Multi scribae sunt docti. 2) Aegyptus est prospēra.
 3) Latum pelagus est periculosum nautis. 4) Pirus est frugifera. 5) In parvo horto Philippi sunt multae piri frugiferae. 6) Historia Graecorum est cara pueris et puellis. 7) Serve vafer, non es carus domino. 8) Agricultae pigri malo agris sunt. 9) Multa sunt incommoda in vita. 10) Mi care fili, tua diligentia est causa magnae laetitiae magistro. 11) O Marce Tulli, tui libri cari sunt discipulis. 12) Mi bone Deus, mundus est plenus tuorum donorum. 13) Magne Pompei clara sunt tua facta! 14) Victimae erant carae deis et deabus Romanorum et Graecorum. 15) Mercuri, tu es nuntius deorum. 16) O Darie, magnae sunt tuae victoriae. 17) Pulchra et ampla erant castra Romanorum. 18) Mi Deus, nostra vita tuum donum est. 19) Deus propitius est bonis filiis et bonis filiabus. 20) Deis et deabus Romanorum multa templa sacra erant. 21) Alexander magnus Philippi filius erat. 22) Nilus Aegypti fluvius est. 23) Notus est Alexandri magni equus. 24) Orphei musica magnifica erat. 25) Codrus Melanthi filius erat.

Tοῖτη οὐλίσις.

6

I. X

1) Philosophi virtutis magistri sunt. 2) Diversa sunt hominum studia. 3) Pulchra erant arma militum romanorum. 4) Gratae sunt pugnae militibus strenuis. 5) Romulus fuit conditor Romae. 6) Cara sunt discipulis munera magistri. 7) Clarum est nomen Vergili, poetae romanii. 8) O magne orator, quam praeclara est tua eloquentia!

II. 7 X

- 1) Pulchra sunt opera Ciceronis, magni oratoris.
- 2) Hominis est propria veri investigatio. 3) Amici sunt pavones et columbae.
- 4) Nihil est tam contrarium ad rationi et constantiae quam fortuna.
- 5) Odores et colores florum varii sunt.
- 6) Pietas est grata Deo.
- 7) Honor est praemium virtutis.
- 8) Longa sunt tempora servitutis.
- 9) Tacitus est historicus romanus.
- 10) Xenophon Socratis discipulus fuit.
- 11) Cupiditates hominis caecae sunt.
- 12) Aggeres alti erant munimenta castrorum.

III. 8

- 1) Societates malorum hominum firmae non sunt.
- 2) Cato fuit semper defensor libertatis romanae.
- 3) Magna et clara fuit victoria nostrorum peditum.
- 4) Ludi gladiatorum grati erant multitudini romanae.
- 5) Societatis humanae vinculum est ratio et oratio.
- 6) Magna est multarum avium utilitas.
- 7) Cibi condimentum est fames, potionis sitis.
- 8) Multi homines litium sunt semper cupidi.
- 9) Noctium tenebrae viatoribus viae insciis molestae et perniciose sunt.
- 10) Conclavia regum sunt ampla et magnifica.
- 11) Multae naves in potestate hostium erant.
- 12) Magna maris animalia nautis saepe periculosa sunt.

IV. 9 X

- 1) Graecia mater fuit litterarum et artium.
- 2) Sedes vulpium in silvis sunt.
- 3) Senum consilia juvenibus cara sunt.
- 4) Canum fida custodia agricolis cara est.
- 5) Nautis litora multorum marium nota sunt.
- 6) Mare causa est nubium et imbrium.
- 7) Multarum nationum et gentium origo obscura est.
- 8) Boni discipuli litterarum

rarum artiumque sunt studiosi. 9) Somnus est imago mortis. 10) Centuriones erant duces cohortium romanaarum. 11) Magna vectigalia mercatoribus sunt molesta. 12) Multarum et magnarum urbium parva est origo. 13) Venatoribus nota est vulpium astutia. 14) In Alpibus magna copia ovium pulchrarum est.

V. 10

1) Itinera hieme molesta sunt. 2) Jupiter rex deorum et honorum erat. 3) Glandes sunt cibus suum. 4) Dura sunt ossa boum. 5) Morbi viribus corporis noxi sunt. 6.) Mater omnium bonarum artium est sapientia. 7) Amicorum bona communia sunt. 8) Vulnera militum levia erant, grave vulnus ducis. 9) Bella civilia semper turpia sunt. 10) Exempla illustrium et sapientium virorum utilia juvenibus sunt. 11) In proelio eques tri magna fuit hostium fortitudo.

VI. 11 X

1) Fidelium canum custodia utilis est dominis. 2) Homini felici tempus breve est, infelici longum. 3) Vina recentia sunt aspera. 4) Celebria erant oracula Jovis et Appolinis. 5) Atrocia facinora perniciosa quietis incolis urbis sunt. 6) Pietas est fundamentum omnium virtutum. 7) Terrae palustres non sunt frugiferae. 8) Acria peditum arma causa gravium vulnerum hostibus fuerunt. 9) Caduca semper et mobilia sunt fortunae munera. 10) Hominum generi universo cultura agrorum est salutaris. 11) Dulcia sunt multa Horatii carmina. 12) Vaga volubilisque est fortuna. 13) Alacrum discipulorum ingenia ad litterarum studia sunt idonea. 14) Multarum urbium monumenta admirabilia sunt.

Τετάρτη ηλίσις.

I. 12χ

- 1) Vita brevis est, gloriae cursus sempiternus.
- 2) Mors est discessus animae a corpore.
- 3) Omnia bellorum exitus incerti sunt.
- 4) Magna erat auctoritas magistratum romanorum.
- 5) Cantus galli dulcis est sedulo agricolae.
- 6) Motus siderum varii sunt.
- 7) In celebri portu Gajetae multae naves fuerunt.
- 8) Multorum animalium auditus acer est.
- 9) Hominis sensus quinque sunt : visus, auditus, olfactus, gustus, tactus.
- 10) Pompeii litterae senatui romano gratae fuerunt.
- 11) Equitatus romanus non multus erat.

II. 13χ

- 1) In multis lacubus magna piscium copia est.
- 2) In portibus non semper naves a tempestatibus tutae sunt.
- 3) In opacis specubus sunt sedes multarum ferarum.
- 4) Patris mei domus bona est.
- 5) Canis est custos domorum (ἢ domuum) nostrarum.
- 6) Temporibus antiquis hominum saepe in specubus domicilium erat.
- 7) Vestitus Hannibal inter aequales excellens non erat.
- 8) Multae Romae insignes fuere porticus ; omnium tamen magnificentissima Pompejana.
- 9) Anus loquaces sunt.
- 10) Exitus belli anceps est.
- 11) Magistratus custodes legum sunt.
- 12) Pedes et genua partes corporis sunt.

Πέμπτη ηλίσις.

I 14χ

- 1) Res humanae fragiles caducaeque sunt.
- 2) Conditio rerum humanarum est dubia.
- 3) Memoria est the-

saurus rerum omnium. 4) Si spes est expectatio boni, mali expectatio est metus. 5) Hominum piorum omnis spes Deus est. 6) Fundamentum justitiae est fides, id est dictorum conventorumque constantia et veritas. 7) Multi populi omni tempore in fide atque amicitia civitatis romanae fuerunt. 8) Hieme dies breves sunt, noctes longae; contra aestate longi sunt dies, noctes breves. 9) Ciceronis pernicies cum magna calamitate reipublicae erat conjuncta. 10) In acie romana multi perdites erant, sed pauci equites. 11) Aestate meridies solis aestu molestus est. 12) Bella civilia rebus publicis perniciosa sunt. 13) Species saepe fallax est. 14) Frons, oculi, nasus, os sunt primariae partes faciei humanae. 15) Spes nostrae vanae et fallaces sunt. 16) Sapientia est rerum divinarum et humanarum scientia. 17) Pallor faciei semper timoris indicium est. 18) Nota est canum fides.

ΣΥΓΚΡΙΣΙΣ ΤΩΝ ΕΠΙΘΕΤΩΝ.

I. 15

1) Equus est fortior asino. 2) Belluarum nulla est elephanto prudentior. 3) Nihil est celerius mente. 4) Tullus Hostilius ferocior fuit Romulo. 5) Nullus locus est domestica sede jucundior. 6) Socrates sapientissimus omnium Graecorum fuit. 7) Amicitia praesidium est firmissimum. 8) Abies est arbor altissima. 9) Quintus Favius Maximus callidissimus imperator fuit. 10) Scientia mulla res est praestantior. 11) Conscientia bene actae vitae multorumque beneficiorum recordatio jucundissima est. 12) Bella civilia perniciosa sunt. 13) Vita Publi Corneli Sullae populo, romano notissima erat.

II. 16

1) Excellentissima virtus justitia est. 2) Nihil est ratione divinius. 3) Pauperes homines saepe feliciores sunt divitibus. 4) Ver jucundius est quam autumnus. 5) Montes Asiae altiores sunt quam montes Europae. 6) Morbi animi perniciosiores sunt quam corporis. 7) Omnia Gallorum fortissimi et bellicosissimi sunt Belgae. 8) Exempla utiliora sunt praeceptis. 9) Crassus divitissimus Romanorum fuit. 10) Nihil est vera gloria dulcior. 11) Ver est jucundissimum tempus anni. 12) Suavitate scientiae nihil est homini jucundius.

III. 17

1) Nihil intolerabilius est quam femina dives. 2) Eloquentia res est omnium difficillima. 3) Portus Cajetae celeberrimus est atque plenissimus navium. 4) Mors somno simillima est. 5) Miserrima est ambitio honorumque contentio. 6) Oculorum est in plerisque hominibus sensus acerrimus. 7) Ignoratio futurorum malorum utilior est quam scientia. 8) Hominis forma est pulcherrima. 9) Multi fratres inter se dissimillimi sunt. 10) Sapientia nihil est optabilius nihil praestantius. 11) Nihil est virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. 12) Delphinus omnium piscium celerrimus est. 13) Itinera antiquis temporibus difficillima fuerunt. 14) Nihil laudabilius, nihil magno et praeclaro viro dignius placabilitate atque clementia.

IV. 18

1) Nihil est melius quam memoria recte factorum. 2) Major est vis animi quam corporis. 3) Natura dux

optima est. 4) In omnibus rebus mediocritas est optima. 5) Turpis vita peior est quam honesta mors. 6) Minimae res saepe maximorum bellorum causa fuerunt. 7) Filii optimorum patrum saepe pessimi sunt. 8) Magnificentissimae erant villae nobilium Romanorum. 9) Xanthippe, uxor Socratis, maledicentissima fuit. 10) Pater Antoni, optimi amici nostri, vir fuit liberalissimus ac beneficentissimus. 11) Melior tutiorque est certa pax quam sperata victoria. 12) Stultitia majus est malum quam omnia mala corporis. 13) Maximum est bonum amicitia. 14) Plurimae sunt delectationes amicitiae. 15) Nulla in amicitia pestis est major quam adulatio. 16) Turpis fuga mortis pessima est. 17) Funera regum magnificentiora sunt quam funera ceterorum hominum. 18) Nemo generi Romano benevolentior, nemo beneficentior est quam Deus. 19) Tarquinins Superbus, rex Romanorum pessimus ac crudelissimus fuit. 20) Consulibus romanis minor potestas erat quam dictatoribus. 21) Benevolentiae vis est maxima, metus imbecillis.

VI. 19

- 1) Multo majora sunt opera animi quam corporis.
 2) Summa est nostri magistri auctoritas. 3) Nihil est interius mente, nihil celerius. 4) Publius Crassus cum legione proximus mari erat. 5) Tanto brevius omne tempus, quanto felicius est. 6) Omnium rerum mors est extremum. 7) Dies magis idoneus est ad laborem quam nox. 8) Viri maxime propria est fortitudo. 9) Salus reipublicae suprema lex est. 10) Tua consilia maxime idonea sunt ad nostra negotia. 11) Nihil est magis dubium quam hora mortis. 12) Genera animalium et plantarum maxime varia sunt. 13) Aër saluber res est maxime necessaria ad vitam.

APIOMHTIKA

I. 20

Ht

1) Est unus Deus ; mundus est opus unius Dei, non plurium. 2) Tres sunt Ciceronis libri de officiis, sex de republica. 3) Solon atheniensis unus ex septem sapientibus fuit. 4) Quattuor sunt anni tempora : ver, aestas, autumnus, hiems. 5) Tres erant Gratiae, novem Musae. 6) In exercitu Alexandri magni duodecim milia Macedonum fuerunt. 7) In castris hostium erant mille equites, et tria milia quadringenti pedites. 8) Gravior et validior est decem virorum bonorum sapientia, quam totius multitudinis imperitae. 9) Nix quattuor pedes alta erat. 10) Hannibal Italiam annos sedecim vastavit. 11) Pater Petri quotidie tres horas in horto est. 12) Numa Pompilius tres et quadraginta annos in regno erat. 13) Duodequadraginta annos tyrannus Syracuseorum fuit Dionysius. 14) Heri cum Pompeio in porticu duas horas fui. 15) Templum Dianae quingen-⁵⁰⁰tos quinquaginta pedes longum, ducentos viginti pedes latum erat. 16) Muri Babylonis ducentos pedes alti, quinquaginta pedes lati fuerunt.

II. 21

1) Mensis est duodecima pars anni. 2) Tertium punicum bellum fuit cruentissimum. 3) Dies est trecentisima sexagesima quinta pars anni. 4) Anno urbis Romae quingentesimo quinquagesimo Scipio consul fuit. 5) Quota hora est? Hora sexta vel septima. 6) Septem fuerunt reges Romanorum: primus fuit Romulus, secundus Numa Pompilus, tertius Tullus Hostilius, quar-

tus Ancus Marcius, quintus Tarquinius Priscus, sextus Servius Tullius, septimus Tarquinius Superbus.

III. 22

1) In navibus erant triceni remiges et duceni quinquageni milites. 2) Carthagini singulis annis bini reges erant. 3) Avibus sunt binae alae et bini pedes. 4) Duci hostium trina castra erant. 5) Marius septies consul fuit. 6) Ter terna sunt novem, ter quaterna sunt duodecim, ter quina sunt quindecim. 7) In schola nostri magistri pueri senum vel septenum denum annorum sunt. 8) In exercitu hostium viginti elephanti turriti erant cum sexagenis propugnatoribus.

A N T Ω N Y M I A I

Προσωπικαὶ καὶ Κτητικαὶ ἀντωνυμίαι.

I. 23 X

1) Est innatus in nobis cognitionis amor et scientiae. 2) Patria est communis omnium nostrum parens. 3) Ego sum discipulus, tu servus. 4) Nos sumus amici. 5) Ego in bello tecum fui, mi amice. 6) Multi nostrum felices sunt, multi vestrum infelices. 7. Nos memores sumus vestri, vos nostri. 8) In omnibus periculis Deus est nobiscum. 9) Melior pars nostri est immortalis. 10) Adventus amici fuit heri nobis gratissimus. 11) Meus pater bonus est. 12) Tua mater severa est. 13) Mihi veri amor est. 14) Tibi verba amici mei grata sunt. 15) Nostrī majores fortes erant. 16) Vestri discipuli impigri sunt.

Δεικτικαὶ ἀντωνυμίαι

x II. 24

1) Fructus hujus arboris bonus non est. 2) Illae arbores multo altiores sunt quam hae domus. 3) Omnis labor pigro huic discipulo gravis est. 4) Hic discipulus diligens est. 5) Haec onera sunt gravia. 6) Hic vir ditissimus omnium est in hac urbe. 7) Magnitudo Dei nobis aperta est ex operibus ejus. 8) Illae arbores umbrosae sunt. 9) Praeclara est aequabilitas in omni vita et idem semper vultus eademque facies. 10) Senectus ipsa morbus est. 11) Amicus est tanquam alter idem. 12) Nobis ista sunt pergrata et perjucunda. 13) Istius arboris radices profundissimae sunt. 14) Nomina illorum poëtarum clarissima sunt. 15) Opinio hominum de eisdem rebus varia est. 16) Illud magistri nostri consilium nobis utilissimum fuit. 17) Haec studia grata mihi sunt. 18) Lupus et canis animalia ejusdem generis sunt.

Αναφορικαὶ ἀντωνυμίαι.

x III 25

1) Beati sunt ei, qui sua sorte contenti sunt. 2) Non omnes agri, qui aglicolae illi sunt, fertiles sunt. 3) Flores, quorum odor suavissimus est, sunt rosae et violae. 4) Omnes res, quarum auctor est Deus, optimae sunt. 5) Carissimus est mihi pater tuus quocum mihi diuturna vitae societas fuit. 6) Quisquis pius est, Deo carus est. 7) Non quidquid est utile idem est honestum. 8) Qui cumque impius est, Deo carus non est. 9) Viri propria maxime est fortitudo; cuius munera duo maxima sunt,

mortis dolorisque contemptio. 10) Felices parentes quorum liberi dociles sunt. 11) Non semper beati sunt qui divites sunt. 12) Pueri boni mihi carissimi sunt. 13) Parva fuerunt Romae initia, cuius gloria et magnitudo omnibus nota est. 14) Quidquid est honestum, idem est utile. 15) Miserrima est vita ejus, cui non virtus grata est sed vitium.

Ἐρωτηματικὰ ἀντωνυμίαι.

IV. 26

1) Quis tu es? 2) Quis clarior in Graecia Themistocle? quis potentior? 3) Virgo, quae patria tua est? 4) Quid tandem? res vestrae quo statu sunt? 5) Quis hoc adolescenti castior? quis modestior? 6) Quid est optabilius sapientia? quid homini melius? 7) Cujus pater fuit Philippus, rex Macedonum? 8) Quid est oratori tam necessarium quam vox? 9) Quinam homo hic est? 10) Cujus carmina clariora sunt, quam carmina Horatii? 11) Cui vestrum Ulixis calliditas ignota est? 12) Quid iniquius, quid crudelius est quam hominem innocentem capit is damnare? 13) Quis Graecorum justior fuit quam Aristides, quis sapientior quam Socrates? 14) Quod malum gravius est quam bellum civile? 15) Quae mulieres bellicosiores fuerunt quam Amazones? 16) Quid est amicus? — Unus animus in duobus corporibus.

Ἀόριστοι ἀντωνυμίαι.

V. 27

1) Corpus est quasi vas animi aut aliquod receptaculum. 2) Unicuique suum. 3) Sunt quidam non re, sed

nomine homines. 4) Optimum quidque rarissimum est. 5) Mihi quidvis satis est. 6) Corpuscula quaedam laevia sunt, alia aspera, rotunda alia, partim angulata, curvata quaedam. 7) Quibusdam quaestionibus alii, quibusdam sunt alii aptiores loci. 8) Olera nulli animali noxia sunt. 9) Non est ulla mea culpā. 10) Nulla unquam respublica nec major, nec sanctior, nec bonis exemplis ditior quam respublica romana fuit. 11) Uterque utrius exercitus in ~~completu~~ erat. 12) Fabius Gallus amantissimus est utriusque nostrum. 13) Magna vis est fortunae in utramque partem vel ad res secundas vel adversas. 14) Nullum vitium taetius est quam avaritia.

ΣΥΖΥΓΙΑΙ

Τὸ βοηθητικὸν ὄνυα ESSE.

I. *v*

1) Hic fundus olim erat ager incultus, sine tecto, nunc est cultissimus cum optima villa. 2) Fuit ille vir exemplum innocentiae atque ilio nemo neque integror fuit in civitate neque sanctior. 3) Ubi heri fuisti? — heri semper domi fui. 4) Multi populi potentes essent, si laboriosi essent. 5) Vos amici, felices essetis, si honesti fuissetis. 6) Discipuli attenti sunto. 7) Semper memores sitis beneficiorum acceptorum. 8) Jucunda nobis erit semper benefactorum recordatio. 9) Nostri milites victores fuissent, si rex in proelio fuisset. 10) Cum erimus senes jucunda nobis erit memoria juventutis nostrae si probi semper fuerimus. 11) Magistro meo semper carus eram, quia semper diligens eram. 12) Consilia tua, amice, fratri meo utilia erant. 13) Apud

Cannas clades Romanorum magna fuit. 14) Discessus hostium civibus optatissimus fuit; nam adventus hostium causa terroris maximi fuerat. 15) Modesti este pueri; si modesti eritis, omnibus cari eritis. 16) Iusti estote iudices; etenim iustitia civitati utilis, deo accepta est. 17) Verecundia adulescentibus grata esto. 18) Benignisimus non solum erga amicos, sed etiam erga inimicos esto. 19) Utinam omnes amici mei fidi sint!)

II ~~αριθμούς~~

- (1) Donec felices erimus, multi nobis erunt amici.
 2) Si diligentes fuissetis, discipuli, nunc docti et contenti essetis. 3) Non semper eidem erimus, qui fuimus.
 4) Utinam virorum fortium atque innocentium magna copia esset. 5) Utinam semper diligentes atque industriae fuissesemus! 6) Nihil erit mihi domo mea dulcius. 7) Qui (=illi, qui...) suis rebus contenti erunt, felices erunt.
 8) Reipublicae salus omnibus civibus cara esto. 9) Bonum esse multo melius est quam divitem esse. 10) Superiore nocte magnus tumultus civium in urbe fuit. 11) Tua opera multis hominibus utilia erunt. 12) Nos fessi eramus, quia iter laboriosissimum fuerat. 13) Tempora meliora essent si homines meliores essent. 14) Quis pauper esset si omnes homines essent benefici? 15) Non intellegunt homines, quam magnum vectigal sit parsimonia. 16) Diu civitas magna in laetitia fuerat, cum subitus hostium adventus causa terroris ac tristiae fuit. 17) Deus semper est et fuit et erit. 18) Nero crudelissimus fuisse dicitur (*λέγεται*). 19) Nescio (*ἀγνῶ*) quid futurum sit.)

Σύνθετα τοῦ φήματος ESSE

I. 30

- (1) Amici nostri diu abfuerunt a nobis. 2) Hostes aberant ab urbe millia passuum tria. 3) Multi senatores Λατινικὸν Ἀραγγωσματάριον Ἐρρίκου Σκάσση.

2

illo die adfuerunt in senatu. 4) Ili homini ingenium non defuit, doctrina certe defuit. 5) Ego nunquam deero officio neque dignitati meae. 6) Multa cura summo imperio inest. 7) Inter meam domum et tuam interest flumen et pons. 8) Sacerdotes intersunt rebus divinis. 9) Nunquam est iucunda vita, a quā absit prudentia. 10) Iustitiae inest splendor virtutis maximus. 11) Bonis hominibus non deerunt amici. 12) Adestote amicis in periculis et rebus adversis; nam miseris amicis adesse laudabibe est.)

II. 31

(1) Nihil quieto et bono civi magis prodest quam abesse a civilibus controversiis. 2) Nihil est diuturnum, cui non subest ratio. 3) His omnibus negotiis pater tuus non interfuit solum, sed etiam praefuit. 4) Quid hoc mihi profuit? 5)--Immo obfuit. 6) Equites hostium multum obfuerunt peditatui nostro. 7) Multum proderit vobis, discipuli, lectio optimorum poëtarum. 8) Ex eo proelio circiter millia hominum CXXX superfuerunt. 9) Si dux illi proelio interfuisset, exercitus noster victor hostium fuisse. 10) Nihil periculi subest, si aliis magis prodes quam tibi. 11) Classi Atheniensium Themistocles praeerat. 12) Cognitio iuris civilis prodest eis qui civitatibus praesunt. 13) Officium est eius qui praeest, eis, quibus praesit, prodesse.)

III. 32

(1) Obscurum Deo nihil potest esse. 2) Homines hominibus maxime utiles esse possunt. 3) Proximus esto bonis, si non potes optimus esse. 4) Agri sine cultura nunquam fructuosi esse poterunt. 5) Nunc multa possumus, quae olim non poteramus. 6) Sine

virtute nunquam vera amicitia esse poterit. 7) Ingens Persarum exercitus parvum hostium numerum superare non potuit. 8) Fors in armis plus quam ratio potest, potuit et semper poterit. 9) Civitas in seditione non potest esse beata. 10) Clodii furores Cicero nullis legibus frenare potuerat.)

ΠΡΩΤΗ ΣΥΖΥΓΙΑ

Ἐνεργητικὴ φωνή.

I. 33

1) Aegyptum Nilus irrigat. 2) Lux adventat. 3) Aetas volat. 4) Festina lente. 5) Pernocant venatores in nive. 6) Si Deus mundum creavit, conservat etiam. 7) Hostes omni clade vastaverunt provinciam nostram. 8) Est proprium virtutis conciliare sibi animos hominum. 9) Virtus conciliat amicitias atque conservat. 10) Ornamus corpora, ornemus etiam animos. 11) Ciceronis libri complures ad studium excitaverunt. 12) Id esse optimum putemus, quod erit rectissimum. 13) Cuiusvis hominis est errare, nullius nisi insipientis perseverare in errore. 14) Vita rustica, quam nos agrestem vocamus, parsimoniae, diligentiae, iustitiae magistra est. 15) Omnes cives vestram virtutem, milites, celebrabunt, si patriae libertatem servaveritis. 16) Semper illius hominis gravitatem, constantiam, fidem omnium mortalium fama celebrabit.

II. 34

(1) Sapienter cogitant, qui temporibus secundis casus adversos reformidant. 2) In rebus adversis non des-

perabimus, in rebus secundis non superbi erimus.
 3) Tuus frater nunc salvus esset, si medici praeceptis
 obtemperavisset. 4) Dux noster oppidum hostium ex-
 pugnavisset, si milites magis strenui fuissent. 5) Co-
 gita semper, mi fili, quot et quanta bona Deus tibi
 donaverit. 6) Si animum virtute ornaveris, semper
 beatus eris. 7) Scriptores omnes ignorant, quo anno
 Graeci Troiam expugnaverint. 8) Dux non minore curā
 milites servato, quam se ipsum. 9) Dei providentia
 mundum administrat. 10) Animi conscientia impro-
 bos cruciat. 11) Deus nos omnes servavit. 12) Dominus
 castigavit servum pigrum. 13) Omnes laudabunt vir-
 tutem. 14) Multi homines laudant alios.)

III. 15

{ 1) Errantibus libenter viam monstrabimus. 2) Nul-
 lum est vitium taetius quam avaritia, praesertim in
 principibus et rempublicam gubernantibus. 3) Voces
 avium cantantium animos nostros delectant. 4) Hos-
 tis appropinquat vastaturus agros. 5) Errare huma-
 num est, sed turpe perseverare in errore. 6) Vacare
 culpā maximum est solatum. 7) Solitudo aptissima
 est ad cogitandum. 8) Ars equitandi difficilis est. 9)
 Apta natando ranarunt sunt crura. 10) Non omnes
 homines idonei sunt ad imperandum. 11) Asinus ad
 portandum idoneus est. 12) Natando et equitando iu-
 venes corpora firmant. 13) Non plorando sed tolerando
 superabis dolorem. 14) Legati Caesaris nos oratum
 appropinquant. 15) Legati sociorum adventabant auxi-
 lium postulatum. 16) Universus populus Ciceronem
 consulem contra Catilinam declaravit.

Παθητικὴ φωνὴ.

I. 36

1) Dei providentiā (ἰφειρ. ὁργαν. οὐχὶ ποιητ. αἴτιον) mundus administratur. 2) Animi conscientiā improbi cruciantur. 3) Nos omnes a Deo servati sumus. 4) Servus piger a domino castigatus est. 5) Virtus ab omnibus laudatur et laudabitur. 6) Dolores tui, amice mi, vetustate mitigabuntur. 7) Pares cum paribus facilime congregantur. 8) Nunquam satis digne laudari poterit philosophia. 9) Virtus temporum permutatione nunquam mutabitur. 10) Melius apud bonos quam apud fortunatos beneficia collocantur. 11) Violari amicitiam apud maiores nostros nefas erat. 12) Senes apud Lacedaemonios magnopere honorabantur. 13) Ab hominibus non solum peccatum, sed etiam occasio peccandi evitetur. 14) Servus piger a domino vituperatur. 15) Alcibiades educatus est in domo Periclis. 16) Ritus familiae patrumque servantor. 17) Delectare, puer, studio litterarum. 18) Puer bene educatus etsibi et aliis prodest. 19) Virtus laudanda est, vitium vituperandum. 20) Tota Gallia a Caesare domita est.

II. 32

(1) Cicero ab universo populo consul contra Catilinam declaratus est. 2) Nos delectamur semperque delectabimur mirifice lectione poëtarum Graecorum. 3) Homines improbi dies noctesque cruciabuntur. 4) Nautae adversā tempestate in alto iactati sunt. 5) Fortis animi et constantis est non perturbari in rebus asperis. 6) Si Graeci a Persis superati essent, fortasse tota Europa ab his occupata esset. 7) Carthago et

Corinthus, nobilissimae urbes, a Romanis eodem anno expugnatae fuerunt. 8) Delectare, fili ni, studio litterarum. 9) Si boni essetis, filii mei, a bonis hominibus amaremini et laudaremini. 10) Milites nostri acriter pugnabant duce hostium Magone capto. 11) Si industrius, laudator; sin piger, vituperator. 12) Discipuli diligentes laudantur a magistris, discipuli negligentes a magistris vituperantur. 13) Ut alterum tractaveris ita ab eo tractaberis. 14) Si liberi vestri bene a vobis educati erunt, ab omnibus laudabimini. 15) A praecceptoribus laudabimur et amabimur, si erimus diligentes, vituperabimur et castigabimur, si erimus negligentes. 16) Labore firmatur valetudo.)

II. 34

(1) Naves gubernentur a nautis peritis. 2) Milites laudati essent a consule, si castra hostium expugnavissent. 3) Vigilantia Ciceronis Roma maximo periculo est liberata. 4) Milites in proelio vulnerati magnis doloribus cruciantur. 5) Quis expugnavit Carthaginem? — Carthago a Scipione, praclarissimo Romanorum duce, expugnata est. 6) Haec consilia laudarentur, si patriae utilia essent. 7) Aristides propter iustitiam iustissimus Atheniensium appellatus fuit. 8) Si urbs nostra ab hostibus expugnata fuisset, omnes agri vastati essent. 9) Nemini ignotum est quantopere libertas ab omnibus Romanis amata sit. 10) Si dux prudentior fuisset, milites nostri in proelio vulnerati non essent. 11) Milites nostri fortiter pugnaverunt, ut urbs subito periculo servaretur. 12) Nisi negligentes fuissemus, a praecceptoribus laudati et amati essemus. 13) Pulchrum est laudari a laudato viro. 14) Romani incursionibus Veientium vexabantur. 15) Id ubi Romae nuntiatum est magnus pavor, magna trepidatio fuit.)

III.

39

1) Amandum est. 2) Honorandum est. 3) Educandum est. 4) Orandum est. 5) Pugnandum est fortiter, milites, pro saluto patriae. 6) Mihi iudicandum est. 7) Tibi laudandum est. 8) Nobis iurandum est. 9) Mihi amanda est virtus. 10) Tibi honorandus est pater. 11) Omnibus virtus laudanda, vitium vituperandum est. 12) Voluntas tua laudanda est, sed facinus vituperandum. 13) In virtute tibi, fili mi, perseverandum est. 14) Pacta semper et promissa servanda sunt. 15) Senes iuvenibus honorandi sunt. 16) Laudandi sunt omnibus ei, qui patriam ab hostibus servaverunt. 17) Haec nobis melius explicanda sunt.)

ΔΕΥΤΕΡΑ ΣΥΖΥΓΙΑ

'Ενεργητικὴ φωνή.

I. 40

1) Vir bonus est qui prodest quibus potest, nocet autem nemini. 2) Debemus considerare in omni re quid aptum sit et consentaneum tempori et personae. 3) Magistratibus cives parento. 4) Si tu vales, bene est; nos valēmus. 5) Res publica Romana multos annos floruit. 6) Plus apud nos ratio valeat quam vulgi opinio. 7) Omnes antiquae gentes regibus quondam paruerunt. 8) Non potest exercitum is continere imperator, qui se ipsum non continet. 9) Nihil censeamus esse malum, quod sit a natura datum hominibus. 10) Exerceamus memoriam in iuventute. 11) Bonis placere maxima laus est. 12) Rationem adhibeto in omnibus rebus et placebis parentibus et praceptoribus.

13) Athenienses non solum spem in Alcibiade habebant maximam, sed etiam timorem, quod et obesse plurimum et prodesse poterat. 14) Dominus servo imperat, servus domino paret. 15) Vitam tuam debes patriae. 16) Multis sua displicant, aliena placent. 17) Conscientia bona nihil timebit. 18) Cohibe iracundiam. 19) Parete legibus. 20) **Valete, amici carissimi.**

II. 4,

(1) Semper iniquus est iudex qui aut invidet aut favet. 2) Non est rectum minori parere maiorem. 3) Volutates, blandissimae dominae, animum a virtute detorquent. 4) Scythaे perpetuo ab alieno imperio aut intacti aut invicti mansere. 5) Multi, qui suas divitias auxerunt, non sunt felices. 6) Luxuria et avaritia plurimum civitati romanae nocuerunt. 7) Demosthenes, praeclarissimus orator Atheniensem, bellum contra Philippum, Macedonum regem, suasit. 8) Raro divitiae hominibus profuerunt, saepe nocuerunt. 9) Bonus magister semper discipulos monebit, ut parentibus pareant. 10) Facile omnes, cum valemus, recta consilia aegrotis damus. 11) Liberi parentibus pareant, servi dominis. 12) Praeceptores docento, discipuli parento. 13) Sapientem neque paupertas neque mors neque vincula terrebunt. 14) Oratio tua multo plus valuisse, nisi malas artes adhibuisses. 15) Periclis aetate omnes artes in Graecia floruerunt. 16) Elephantes Romani primum viderunt bello Pyrrhi regis et boves Lucanos appellarerunt, quia in Lucaniā primum apparuerant. 17) Ignis terret leonem et elephantum. 18) Omnes timebant tyrannum.)

1) Nihil est difficilius quam amicitiam usque ad extremum diem vitae permanere. 2) Si cupiditates tuas, mi fili, coërcueris, beatus eris. 3) Athenienses decem duces habebant; omnes autem Miltiadi parebant. 4) Consilium Themistoclis Aristidi placuisse, si honestius fuisset. 5) Hostes plurimas urbes, quas diu obsederant, expugnaverunt et deleverunt. 6) Amate, amici mei, virtutem et Deo hominibusque placebitis. 7) Hostes appropinquant urbem deleturi et agros vastaturi. 8) Bene monentibus paretote. 9) Moerentibus solatium praebete. 10) Difficile est docere. 11) Ars docendi difficilla est. 12) Multo melius est placere Deo quam hominibus. 13) Acerrimus ex omnibus nostris sensibus est sensus videndi. 14) Demosthenes Atheniensibus bellum suaverat. 15) Interitum Alexandri immaturum non minus Persae quam Macedones luxerunt. 16) Deus mundum omnibus bonis implevit. 17) Si cupiditates vestras coërcueritis, beati eritis. 18) Prata virentia et arbores florentes adventum veris nuntiant. 19) Prudentiam ad omnes res adhibeto. 20) Novis rebus studeo.)

Παθητικὴ φωνή.

1) Leo et elephantus igne terrentur. 2) Tyrannus ab omnibus timebatur. 3) Prima officia deis immortalibus debentur. 4) Accusatores multos esse in civitate utile est, ut metu contineatur audacia. 5) Solon rem publicam duabus rebus contineri dicebat, praemio et poena. 6) Mei filii in multis artibus exercebuntur. 7) Gloria Miltiadis victoriā Marathoniā aucta est. 8) Julius Caesar ab uxore frustra admonitus est ut peri-

Sorin

cula evitaret. 9) Sequani timebant Arioivistum, quia crudelitate eius terrebantur. 10) Plurimae urbes ab hostibus expugnatae et deletae sunt. 11) Cupiditates ratione coērceantur. 12) Capitolium a Gallis obsessum fuit. 13) Augeatur studium et diligentia; augebitur scientia. 14) Assentatio, vitiorum adiutrix, procul a nobis amoveatur. 15) Ciceronis mors atrocissima ab omnibus bonis defleta est. 16) In omnibus rebus diligentia adhibenda est.

II. 44

1) Et monere et moneri proprium est verae amicitiae. 2) Vera laus verae virtuti debetur. 3) Nunquam explebitur nec satiabitur cupiditatis sitis. 4) Cambysis exercitus fame et siti in Africa deletus est. 5) A conscientia tua, fili mi, terreberis, si legibus non parueris. 6) Milites ferro ingnique omnes domos omnesque agros delevissent, nisi a suis ducibus coērciti essent. 7) Caesar animos militum adventu Arioisti territorum confirmavit. 8) Troia a Graecis decem annos obsessa est. 9) Homines facilius exemplis quam praceptis docebuntur. 10) Incendio Corinthi magna copia tabularum pictarum deleta est. 11) Urbs ab hostibus tenebatur. 12) Oratio, quae a magistro nostro habita est, non omnibus eis qui aderant placuit. 13) Milites a duce prohibiti sunt agros hostium vastare. 14) Cibi, vestimenta, omnes res necessariae ad vitam a nobis tibi praebebuntur, quam diu nobiscum eris. 15) Utinam alienis periculis doceamini. 16) Omnes copiae parantor et armis exercentor, grave bellum imminet patriae.)

III. 45

(1) Parensum est. 2) Monendum est. 3) Coērcendum est 4) Deterrendum est. 5) Delendum est. 6) Mihi

suadendum est. 7) Tibi adhibendum est. 8) Vobis exercendum est. 9) Nobis adhibendus est modus in omnibus rebus. 10) Patri petulantia filii coercenda est. 11) Errantes monendi sunt. 12) Discipulis excercenda est memoria. 13) Omnis memoria discordiarum oblivione sempiternā delenda est. 14) Occultae inimicitiae magis timendae sunt quam apertae. 15) Omnia quae secundum naturam sunt, habenda sunt in bonis. 16) Armorum exitus semper incerti et timendi sunt.)

ΤΡΙΤΗ ΣΥΖΙΤΤΙΑ

Ἐνεργητικὴ φωνή.

I. 46

1) Roma Ciceronem patrem patriae libera dixit. 2) Cives patriam defendunto. 3) Duae res sunt, quae maxime homines ad maleficium impellunt, luxuria et avaritia. 4) Reges hominibus casus adversos tribuunt, secundos fortunae suae. 5) Omne animal se ipsum diligit. 6) Amicitiam omnibus rebus humanis anteponamus. 7) Zaleucus et Charondas leges civitatibus suis scripserunt. 8) Tu res inutiles emisti; nos contra emimus utiles libros. 9) Gladiatores et vitant caute et pertunt vehementer. 10) Omnium animantium formam vincit hominis figura. 11) Graeci deorum honores tribuerunt eis viris, qui tyrannos necaverunt. 12) Omnes qui in rerum contemptione studia ponebant sapientes et habebantur et nominabantur. 13) Lectio acuit ingenium. 14) Dionysius tyrannus perpetuo insidias metuebat. 15) Verrem, praetorem Siciliae, foedissime avaritiae Cicero coarguit. 16) Conon muros Athenarum, quos Lysander diruerat, restituit. 17) Iustitia

suum cuique tribuit. 18) Ex Graecis disciplinis Latinae fluxerunt. 19) Qui bene vixit, diu vixit. 20) Cornelius Tacitus imperatoris Tiberii mores acriter describit.

II. //

- 1) Cicero librum de amicitia scripsit. 2) Sperne voluptates, fili mi. 3) Adventū hostium omnes cives urbem reliquerunt. 4) Garumna flumen Gallos ab Aquitanis dividit. 5) Pyrrhus, Epri rex, elephantorum auxilio Romanos vicit. 6) Servius Tullus montes tres, Quirinalem, Viminalem, Esquilinum urbi adiunxit. 7) Decēm millia peditū et tria millia equitum urbem nostram obsidione cinxerant. 8) Filii mei sribentes et legentes multa didicerunt. 9) Cornelius Nepos vitas excellētium imperatorum descriptis. 10) Non libertate solum, sed etiam omnibus praemiis dignissimi sunt servi, qui domini caput defenderunt. 11) Conon atheniensis, classi regiae praefectus, multa fortiter, multa feliciter egit; agros hostiles vastavit, urbes expugnavit. 12) In eo proelio duo duces hostium cecidere. 13) Arioistus partem copiarum suarum, quae (=ut ea) castra Caesaris oppugnaret, miserat. 14) Si virtutem solam coleremus, tot tantisque curis non exagitaremur. 15) Thebani praesidium Lacedemoniorum ex arce pepulerunt. 16) Octavianus Augustus Antonium superavit et omnibus terris pacem tribuit. 17) Carthaginenses foedera saepe ruperunt. 18) Beneficia eis tribuere debemus, a quibus accepimus. 19) Avari semper plura cupient. 20) Balista deiecit turrem. 21) In caelum suspicito semper caelestia spectato, humana contemnito.

III. 48

1) Deum agnoscimus ex operibus eius. 2) Laudanus est is, qui mortem oppedit pro republica. 3) Alexander gessit multa bella cum praefectis Darei, quos iam non tam armis, quam terrore nominis sui vicit. 4) Audaces fortuna iuvat timidosque repellit. 5) Lacedaemonii oraculum Apollinis de maximis rebus consulebant. 6) Hannibal venenum quod semper secum habebat sumpsit, ne a Romanis necaretur. 7) Mendaci homini nunquam credemus verum dicenti. 8) Occasio discendi non semper adest. 9) Orator est vir bonus dicendi peritus. 10) Legento disces. 11) Animum vincere iracundiam cohibere, victoriam temperare praeclarum est. 12) Athenienses legatos miserunt consultum Appolinem. 13) Exempla mala bonos mores corrumpunt. 14) Catilina patriae, civibus, bonis omnibus bellum indexerat. 15) Studiorum et naturae similitudo amicitias coniungit. 16) Cicero multas et pulcherrimas orationes scripsit. 17) Homines pii Deum maxime colunt. 18) Tempestas frangit naves. 19) Obsequium amicos, veritas odium parit. 20) Sapientes viri perspiciunt rerum humanarum imbecillitatem et varietatem fortunae. 11) Paris, filius regis Priami, Helenam, uxorem Menelai, rapuit. 22) Faciam ut potero, amice mi.)

Παθητικὴ φωνὴ.

I. 49

1) A Cicerone multae et pulcherrimae orationes scriptae sunt. 2) Deus ab hominibus piis maxime colitur. 3) Exercitus maximi saepe pulsi ac fugati sunt terrore ipso impetuque hostium. 4) A multis ipsa virtus con-

temnitur. 5) Gallia est omnis divisa in partes tres, quorum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam Galli. 6) Romani saepe victi erant ab Hannibale; sed tandem Hannibal a Romanis victus est. 7) Verum decus in virtute positum est. 8) In urbibus, quae paludi-
bus cinctae sunt, aër non est saluber. 9) Classis Atheniensium a Lysandro, Lacedaemoniorum duce, victa est. 10) Dictum est ab eruditissimis viris nisi sapientem liberum esse neminem. 11) Xenophontis librum, qui Oeconomicus inscribitur, Cicero adulescens e Graeco in Latinum sermonem converterat. 12) Memoria minuitur nisi exercetur. 13) Bellum illud gravissimum, quod Athenienses et Lacédaemonii summā inter se contentione gesserunt, a Thucydide descriptum est. 14) Apud Graecos matronae in convivia virorum non ducebantur. 15) Vento parvus ignis extinguitur. 16) A Thrasybulo exsules Athenienses in patriam reducti sunt.)

H. 50

1) Naves franguntur tempestate. 2) Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, impii saepe parvo. 3) Parentes a liberis coluntur. 4) Amicus certus in re incerta cernitur. 5) Est boni magistratus non solum videre quid agatur, sed etiam providere quid futurum sit. 6) Contemnuntur ei, qui nec sibi nec alteri prosunt. 7) Agri, quicolluntur, non omnes frugiferi sunt. 8) Trahimur omnes laudis studio et optimus quisque maxime gloriā dicitur. 9) Vieti Persae in campis Marathonis in naves configuerunt, ex quibus multae captae sunt. 10) Vincendum est milites, non fugiendum. 11) E variis sumendum est optimum. 12) Magistri non sunt negligendi discipulis. 13) Sunt firmi et stabiles et constantes amici eligendi. 14) Diligentia in omnibus rebus plu-

rimum valet; haec praecipue colenda est nobis. 15) Capitolium non semel, sed saepius fulmine ictum est. 16) Graeci et Romani scriptores magna cum utilitate leguntur.)

TETAPTH ΣΙΖΥΓΙΑ

Ενεργητικὴ φωνὴ.

I. 51x —

- 1) Equus hinnit. 2) Pueri in cunis vagiunt. 3) Cibos sale condimus. 4) Alii gloriae serviunt, alii pecuniae.
- 5) Liber est is aestimandus, qui nulli turpitudini-servit.
- 6) Multa nesciremus, nisi ab aliis audivissemus. 7) Eodem die legati ab hostibus missi ad Caesarem de pace venerunt. 8) Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat. 9) Virgines vestales apud Romanos sempiternum ignem Vestae custodiebant.
- 10) Bellum punicum secundum omnes Cartha giniensium facultates exhauserat. 11) Aristoteles, clarissimus philosophus, Alexandrum magnum regem Macedonum graecis litteris eruditivit. 12) Ubi inveniam amicum? — Nescio. 13) Spartani urbem sua non unquam muris muniverunt. 14) Quis aperuit fenestras? Ancilla. 15) Subito audivi hinnitum; respexi et equum alacrem aspexi.
- 16) Tarquinius Superbus, septimus Romanorum rex maxima crudelitate ad regnum pervenerat. 17) Imperator Augustus non amplius quam septem horas dormiebat. 18) Caesar in litore naves multas paratas ad navigandum atque omnibus rebus instructas invenerit. Quod hodie scis, heri nesciebas. 20) Multas res, quas nunc nescimus, aliquando sciemus, si verba praeceptorum attente audiverimus.

II. 50

1) Vir sapiens nunquam serviet cupiditatibus. 2) Facile invenies solatium et dolores lenies, si patientiae armis animum muniveris. 3) Si fortiter, milites pugnabitis, bellum hoc die finietis. 4) Deo maria terraeque oboediunt. 5) Natura Italiam Alpibus munivit. 6) Lycurgi leges laboribus ac patientia erudiebant iuventutem. 7) Lusciniae cantus auditu iucundiissimus est. 8) Themistoclis ossa clam in Attica amici sepeliverunt. 9) Artem scribendi Phoenices invenerunt. 10) Non nulli veteres philosophi puerilibus fabulis libros suos referserunt. 11) Iacet corpus dormientis ut mortui. 12) Malis hominibus foboedire et oboedivisse turpe est. 13) Multi iuvenes quotidie in Academiam convenientibant, Platonis sermones auditum. 14) Meus filius nunc se ad audiendum, legendum scribendumque dedit. 15) Lupa nutrivit Romulum et Remum 16) Tempus omnes dolores leniet. 17) Magistri erudiant discipulos. 18) Mercurius invenit lyram. 19) Ex Graecis et Latinis litteris tamquam ex perennibus fontibus omnem fere eruditio nem humanitatemque haurimus. 20) Ver aperit navigantibus maria.

Παθητικὴ φωνὴ.

I. 51

1) Dormiendo vires corporis resciuntur. 2) Romulus et Remus a lupa nutriti sunt. 3) Stellarum numerus quantus est nescitur. 4) Omnes dolores tempore lenientur 5) Discipuli erudiuntur a magistris. 6) Lyra a Mercurio inventa est. 7) Solonis lex erat : qui in proelio interfecti sunt publice sepeliuntο. 8) Ira Dei leniretur

si homines meliores essent. 9) Si peccaveritis punie-
mini. 10) Mali homines puniuntur ut a sceleribus de-
terreantur. 11) Urbs a militibus custodiri debet. 12)
Omnia bona natura hominibus largitur. 13) Vere flo-
ribus terra vestitur. 14) Oppida ab hostibus capta es-
sent nisi muris munita essent. 15) Romani a Graecis,
quos bello superaverant, artibus et litteris eruditi sunt.
16) Bellis civilibus aerarium romanum maxime ex-
haustum est. 17) Corpora hominum antiquis tempori-
bus non sepeliebantur sed cremebantur. 18) Dux ho-
stium victus et vinctus in carcere coniectus est. 19)
Puniendum est. 20) Custodiendum est. 21) Aperiendu-
m est. 22) Scelera magistratibus punienda sunt.)

ΡΗΜΑΤΑ ΑΠΟΘΕΤΙΚΑ

Πρώτη συζητία.

I. 53

1) Luna terram comitatur. 2) Fortuna in omni re semper dominata est et dominabitur. 3) Sola spes hominem in misériis consolari potest. 4) Quis est qui non admiretur splendorem pulchritudinemque virtutis. 5) Improbi aliquando cum dolore flagitiorum suorum recordabuntur. 6) Magnopere te hortor semperque hortabor, mi fili, ut Ciceronis non solum orationes, sed etiam de philosophia libros studiose legas. 7) Contemnare mundum et pulchritudinem eius admiraberis. 8) Caesar milites hortatus est ut castra hostium expugnare conarentur. 9) Magnitudinem animi tui semper sum admiratus semperque amavi. 10) Semper recordemur, amici, quam multa beneficia Deo debeamus. 11) Boni cives patriam ab hostibus liberare semper

Λατινικὸν Ἀγαγωσματάριον Ἐρρέκον Σκάσσην.

3

conabuntur. 12) Imitemini, o pueri, exempla bonorum et sapientium virorum. 13) Caesar agros hostium, qui duas legiones romanas oppreserant, depopulatus est. 14) Hannibal, puer novem annorum, patrem suum in Hispaniam comitatus est. 14) Caesar milites hortatus est, ut hostium castra expugnare conarentur. 16) Scythae per montes et silvas vagabantur. 17) Spes homines gravi fortunā afflictos consolatur et erigit.)

Δευτέρα συζητία.

I. 54

